

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Resurrectio o  
cum fontibus primis

Quod

discipuli tarde crediderunt,  
non tam infirmitas illorum quam nostra  
firmitas fuit.

Nam illis dubitantibus resurrectio  
multis argumentis monstratur  
quia et comedit et se oculis uidendum ←  
et manibus contrectandum prebuit  
quod de solo spiritu esse non potest.  
Minus, inquit, michi Maria  
Magdalena prestitit  
  
quam Thomas qui diu dubitauit.

Gregorius super illud Matthei ultimo:  
Quidam autem dubitauerunt.

Quod

resurrectionem dominicam  
discipuli tarde crediderunt,  
non tam illorum infirmitas quam nostra,  
ut ita dicam, futura  
firmitas fuit.

Ipsa  
namque resurrectio illis dubitantibus  
per multa argumenta monstrata est,  
quae dum nos legentes agnoscamus, quid  
aliud quam de illorum dubitatione  
solidamur?  
Minus enim mihi Maria  
Magdalene praestitit  
quae citius creditit,  
quam Thomas qui diu dubitauit.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*, 2, 29, 1 (CCSL 141, R. Étaix ed., pp.244-5, ll.1-7).

→

Exhibuit se oculis eorum uidendum,  
manibus contrectandum: putant spiritum esse; desperauerunt enim de salute sua.

Augustinus Hipponensis, *Enarrationes in Psalmos*, 147, 17 (CCSL 40, E. Dekkers & J. Fraipont eds., p.2153, ll.68-70).